



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

41 Matrimonium ab impuberibus contractum non valet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

matr. *scilicet* 24. Aliter autem quam parochus, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus presentibus matrimonium contrahere<sup>41</sup> attentantibus, ad contrahendum omnino inhabiles redduntur, contractusque sunt irriti, & nulli, *ut in dicto cap. §. qui aliter.*

39 Verba enim prefata ¶ sunt intelligenda etiam de parochus adhuc ad sacerdotium non promotus, nempe, quia adhuc non fuerit elapsus annus, qui conceditur sibi à jure ad faciendum se ad illud promoveri: juxta *cap. licet, de elect. in 6.* prout in dicta congregatione fuit resolutum, & Clemens VIII. approbavit, *ut ibidem super eodem cap. 1. fuit decisum in §. qui aliter.* Neque pertinet ad substantiam matrimonij, ut parochus aliqua verba proferat; id eoque valet matrimonium, quamvis verba exprimentia consensum prolata sint<sup>42</sup> tantum à contrahentibus, dummodo parochus adhibitus à contrahentibus sit presentis, & intelligat id, quod agitur, licet dissentiat, & contradicat: nam presentia parochi sufficiat absque ipsius parochi verbis: dicta congreg. *ibidem super eod. cap. non pertinet, & §. Provinciarum.* ideoque parochus est necessarius in celebratione matrimonij, ut licet denunciations fuerint factæ, ac secuta copula, nihilominus ma-<sup>43</sup>rimonium non tenet, si presentis non fuerit. Quod si contrahentes sint diversarum parochiarum, sufficit, ut sit parochus, sive viri, sive mulieris, *ut ibidem super eodem cap. 1. sub titulo Civitatis Castellæ, & Brundisii.*

50 Contrahentes ¶ non presente parochus, sed solis testibus, sunt graviter puniendi, & proles exinde suscepta illegitima est, nisi

denuo legitime contraxerint, *ut in declar. ibid. sub tit. Tergest. Aquilan. & Viterbieni.* Contractum tamen etiam cum presentia ¶ parochi, & testium matrimonium ab impuberibus, etiam servata hac forma, non valet, hac nempe ratione, quia, cum essent impuberes, licet servaverint formam hic præscriptam, nihilominus matrimonium non tenuit, cum essent incapaces, & facti postea puberes tenebuntur iterum hanc formam servare, *ut ibidem super eo. c. 1. in declarat. sub titulo Meliten. & §. matrimonium contractum.*

Matrimonium autem, sine proprio parochus ¶ contractum adeo est irritum, ut sustineri non possit, concil. Tridenti-*co cap. 1. §. qui aliter.* & decretum irritans ibi appositum annullat illud ipso jure, *c. si eo tempore, de elect. in 6. cum alijs supra allegatis.*

Neque ¶ tenet matrimonium contractum coram clerico deputato à parochus, *ut tit. Venetarum idem super eod. cap. 1.* est tamen validum illud matrimonium, quod celebratum fuit ab alio de consensu Episcopi tamquam à proprio parochus, etiam quod Episcopus crederet, esse vocatum proprium Parochum, *ut ibidem sub tit. Amerin. item, & de consensu vicarij, ut ibidem super dicto cap. 1. sub tit. Cremonen. & §. seu ordinarij,* quemadmodum ¶ etiam valet contractum coram presbytero, qui se parochum putabat ex causa vicinitatis, aut alia verisimili, etiam si non fuerint factæ denunciations in propria parochia, *ut tit. Patavin. & contractum coram coadjutore, seu sacerdote deputato à coadjutore Vicarij constitutj, ab eo, qui habet curam animarum, ut ibidem sub tit. Dromoren. & §. vicarij etiam, & §. matrimonium*